



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXVIII. Die Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXVIII. DIE DECEMBRIS.

P. MICHAEL

GVBERNVS.

Ecclesiastes dulci tranquilloque dicendi modo amabilis at ob solidas, quas afferebat rationes apprimè efficax, atque acceptus in aula, & vbiique, sed negabat se obiurgare quenquam posse. Incredibili amore tenebatur erga infantem IESVM, cuius in cubiculo effigiem, habebat semper, eamque sàpè lachrymis irrigabat. Ab illo aiebat se suas discere conciones, & omnia: Bibliothecam ingredienti aliquando apparuit ut credunt, infans IESVS: & cum P. Michael illi diceret sibi esse prohibitum, iam de illius infantizie mysteriis meditari. Respondit parvulus: *I& pete veniam ut agere mecum possis:* Inti, petiit, impetravit, rediit; & cum postea cum IESV dulcissimè tractasse fama fuit. Plura de illo in vita ad annum 1583.

ANTONIVS

RODERICVS COAD.

Lusitanus
Pernambuci
in Brasilia.
28. Decemb.
1615. etat.
90. Soc. 32.

DE hoc sic annuæ Pernambucensis Collegij: Hac peculiari floruit pietate, ut quotquot ei Beatos singulorum menium primordiis toto hoc tempore fors obtulerat inuariato ordine memoriam retinens per dies singulos Litaniæ instar percurrit, & quoties rogaretur, id etiam facile præstiterit: Hic autem diuorum numerus ad trecentos supra nonaginta excreuit. Sic Deo vacabat, ut vnâ vel duabus horis ante alios è lecto surgens usque ad solitam deprecationis horam pre-

cibus coram augustissimo Sacramento intenderet. Postea vero latus (ut de more solebat) suum obibat munus, & laborem. Interrogatus semel de mœrore, ac lachrymis quas fundere visus est; mortis, inquit recordatione paulò ante pulsatus cum essem, timui: quare ipsam timoris ignauiam his fetibus castigo. Nec immerito ita respondit, quia ingentem gerebat spem salutis unde crebro dictabat: *Si me damnatum fore præscius esset Deus nequam in suam receperit Societatem, huc vero delatus desperare iam non audeo.* Eo diem sumum obiit, quod sanctorum Innocentiam solemnitas agitur.

Mort.

Vocatione.

P. NICOLAVS

POLLIENVS.

Ad virtutem magis quam ad literas natus; & silentij, cælitum, Deipara potissimum, amantissimus. Reserv vir gravis è Clero, ut ferunt litteræ, quod cum æger se inuisentis P. Nicolai precibus commendasset, die postera luce plenâ sub vesperum vi- sam sibi Dei Matrem Maiestate magna cubiculum suum ingredi, quam pone sequeretur P. Nicolaus. Vigilanti sibi id euénisse spectaculum: & tunc à Diua Virgine se esse admonitum, ut filium suum, seque, impostrum coleret impeasius. Eodem tempore ab eadem augusta Virgine iussum esse P. Nicolau ad ægrum accedere proprius, eiusque pectus tangere quod & fecit nec sine fructu manifesto. Æger P. Nicolaus nostròs duos Anicium euntes rogauit ut ad B. Francisci de Sales Episcopi cineres id sibi

Sabaudus
in Gallia.
28. Decemb.
1615. etat.
62. Soc. 34.

B V.

XXX 2

290

Anglus in
Anglia. 17.
Dec. 656.
etat. 30.

Hispanus
Valencie.
1583. Soc. 31.

Conciones.
Infans Iesu.

Biblioth.

Obedient.

S. Joannis
Mors.

Sandi.

Oratio.

TEINHHHO.

mè
tus.

ex.

um

iri-
tea

bat,

tre-
pat,

s. S.

di-
diritra-
pe-

illo

ptis

uit

IE

Mors.

ægro impetrant, quo anniversaria illius mortis id est SS. Innocentium die euocetur è vita. Et vero desiderat illo die excessit.

ribus ita confecere, ut tertio post die animam exhalaret.

P. A N T O N I U S S O C I O R .

P. P E T R U S

ANDREAS DE ZAMORA NOVIT.

Hispanus
in Philippi-
ni 28 Dec.
1639.

Charitas.

IN insula Mindanao videbatur semper fidei Christianæ nuper à Marcello Mastrillo iactum bonam messem promittere. P. Petrus Societate iterum impetrata, in ea secundum tyros ad eius agri cultionem destinatus est; quia virtute iam bene maturus. Apud Buhayenses milites egregia de illius sanctimonia fuit opinio, cum suo corpori pessimè fäceret, alii vero quam optimè facere pro viribus connitetur, nobili flagrantia charitatis. In omni rerum ad vitam degendam necessariarum penuriam superabundabat gaudio, & valebat firmus corpore, animo firmior. Nitebatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere; quod viam aperiret, ad eos Christo sic addicendos. Hoc agentem adorti Mahometani, vulne-

IN Ceilano insula per annos multos Lusitanos Christo militans multos ad eius fidem adduxit, pedes itinera ingentia exantauit. Magnum in illo fuit orandi studium; incredibilis amor arctissimæ paupertatis. Opinio sanctimoniaz de illo tam erat perulgata, ut si ne illo in barbaros mouere Lusitanos nollent: dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Sicuti exercitu aliquando, veluti nouus Moyses fuit, quando fusis ad Deum precibus rupem baculo percussit, & aquam affluentissimè inde elicuit. Captus à victoribus barbaris, viuus ad eorum ducem adductus est. At ille indignatus est, quod eum non trucidasset qui suorum Pagodum (idolorum) hostis esset tam acerbus, tamque infestus, ac noxius. Eo veluti signo necis dato, adactis in eius pectus hastis, cum in genua prolaberetur atque oraret, perfossus est, & extinctus.

X X I X . D I E D E C E M B R I S.

M A G . I C A N N E S ROSENPLVEM.

29. Decemb.
Germanus
Græcij. 1610
xstat. 25.
Societ. 7.

Docebat Græcij statem teneriorum primæ Grammaticæ rudimenta, magnum Academiæ decus, & Angelicæ modestiæ documentum, eoque omnibus longè charissimus. Leobieniem probacionis domum patrimonij sui hæredem scripsit. Mors illius plena fuit floridæ pietatis, quâ

cælites patronos suos nominatim tenerè compellebat. Aiebat. Veni, veni, veni, Domine veni: ubi es? Quare mihi non ades? Ad te desiderat Anima mea, Deus meus! Hærebat in aspectu imaginis dulcissimæ Virginis Matris B.V. usque ad extremum, aiebatque identidem: In manus tuas, Domina mea, commendô spiritum meum. Dicebat enim se Societatem ingressum, ad Deo seruendum & bene moriendum. Nomen illius erat filius rosa: & profectus suavis sima.